sicut dicit Rabanus sup **Ecclm** xliij. ibi. **I**lluc preclara et mirabilia opa et varia bestiarum etc. Et in ps. **I**lluc reptilia quorum non est numerus. Item quibus mare substantialiter sit molle et liquidum: durissimam tamen rem tam aiatam quam in animatarum est generatiuum. ut patet in conchilibus et piscibus dure teste. et in lapidibus et gemmis quas emittit. Item mare quibus in se non sit potabile vel delectabile quantum ad gustum: est tamen utile quo ad effectum. **M**ultarum enim infirmitatum est curatiuum. sanat enim ydropicos ulcerosos et alios scabiosos ut dicit constantinus. et multos alios curat. Item mare quibus ex se sit salsum et amarum: per dulcedinem tamen venarum terre per quas transit est sui saporis immutatiuum. dulcedinem ei quando contrahit ex colatione terre per quam transit ut dicit macrobius et aristoteles. Item mare quantumcumque sit insipidum aut amarum: piscium tamen dulcium est nutritiuum. latentem enim habet dulcedinem quam sugentes pisces pertrahunt nutrimentum congruum et laporem ut dicit ambrosius. Item mare mobile est et inquietum et ex suo motu est sine substantia a corruptiois periculo conseruatiuum. quia ex continuatione motus subtiliatur. et sic ne putrescat a corruptibili vicio conseruatur. Item cuius sit liquidum et male terminabile: tamen per seipsos sistitur et non per alium. propter quod ultra litorum suorum terminos non est defacili percelliuum. sic dicitur per uer. viij. **H**iere. v. **J**ob. xxxviij. Item salitudine et amaritudine sua est dulcedinis fontium et aliarum aquarum influentium absorptiuum. tanto enim reputatur aqua fluens dulcior: quanto plus a maris introitu elongatur. Item ex collisione et mutua reuerberatione suorum brachiorum quibus cingit terram est ventorum contrariorum generatiuum ut dicitur beda. Item incosuetis mare maxime est nociuum. est enim timoris incusiuum. et doloris capitis generatiuum. vomitus et nauisae puocatiuum. appetitum cibi et potus ablatiuum. Item ex vaporatioue fumositatum quas emittit est nebule et nubium generatiuum. caliginis et obscuritatis in aere inductiuum. et radiorum solis interceptiuum. caloris solaris repressiuum. Item colore proprium non habes: per quietate ventorum est sui coloris mutatiuum. nam modo flauum est. modo lutulentum. modo atrum ut dicitur **I**li. li. xij. Item mare multorum periculorum est in se contentiuum. modico enim flatu venti redditur tempestuosum percelliosum feruidum et tumultuosum. Et ideo mare fretum dicitur ut dicitur **I**li. scilicet feruidum habens motum. ut patet in mari siculo. in quo propter maris feruorem strepitum facientem scilla et canbdis esse dicuntur: quia sunt duo loca periculosa in quibus multe naues facillime periclitantur. Est autem scilla ingens

saxum in mari eminens multa habens periculatoria siue capita ad quae collecti fluctus horrendum strepitum faciunt cui naues aliquo casu impingentes a naufragio non euadunt. Canbdis vero est dicta eo quod gurgitibus occultis naues sorbeat. Est enim ibi mare voraginosum et quasi reflexum in se tortuosum. et ideo naues ibi transeuntes sibi attrahit et se deglutit: ac deinde mergit. ter in die fluctus erigit et ter absorbet. nam aqua accipit ut euomat. iterato vomit ut rursum accipiat ut dicitur **I**li. li. xij. i. ca. de estubo maris et freti. Item aliud notabile periculum occurrit in mari. sine quietas fundi. quoniam in aliquo loco aqua est profundissima: et statim in illum locum vix est vadosa. et hoc periculum sirtis vocatur. eo quod ibi arene in cumulos pertrahunt. Sirtis enim grece idem est quod tractus. Et dicitur papias quod tales sirtes sunt in mari egiptiaco et ei admiscetur. Ex quo patet quod periculosus est maris transitus tam propter iacetes scopulos: tunc etiam propter arenarum cumulos sicut aqua perit adunatos. quia in talibus locis naues citissime perungunt. Item aliud periculum dicitur bithalassium. quoniam scilicet nauis onusta impingit in fundum multum bitumiosum et limosum. quia propter limi tenacitatem non potest se eximere aut exire. unde dicit hugo quod bithalassus est vestigium limo impellens. **G**lo. in sup act. xvij. dicit quod bithalassus est concursus duorum marium. **M**agis vero in bithalassio dicitur quod bithalassium dicitur lingua terre in mari protensa. hinc et inde mari circumdata. Et dicitur bithalassus quia mare bifidum terre interiectum diuisum bithalassium. grece mare sonat. **Q**uia ergo in bithalassio offendit nauis manet immobilis proza: sed puppis frangit retro maris impetu venientis sicut dicit magribidus. Item transfretates generaliter patiuntur periculum aut ratione maris aut ratione aeris aut ratione nauis. nam si mare fuerit scopulosum unde dicitur rupibus et saxis impeditum: non sine periculo pertransitur. aut si fundum habuerit inaequalem nunc cumulis arenosis eleuatum. nunc vero ad modum voraginis depressum et profundatum: defacili transitur impediri. sed et quoniam mare in sua superficie subintrantibus ventis efficitur nimis tumidum et vndis sese alliditibus et mutuo se percutientibus fit nimium percelliosum. **N**auis fluctibus ascenditibus et descenditibus periculose exponitur. quia sepe aut percutitur aut a percellis contrariis operitur. Item accidit periculum ex aura turbulenta. nam tempore tempestuoso et obscuro et nebuloso mari se committere solet esse plurimum periculorum. potissime quoniam nauis preceps fertur in periculum et periculum non videtur. maxime quando venti contrarij casu aliquo oriuntur. quia certum naufragium tunc timetur. quanto autem nauis per vnius venti impulsu mouetur versus portum: tanto perfectius venti contrarij in

petu compellit ad precipitiū aut saltem infē cō-
trarios fluctus in piculo diutius detinet. Itēz
adducit piculū nauis deferentis debilitas 7 in-
sufficiētia. Non enī tutum est se cōmittere su-
per mare nauiculae nimis parue sine fragili 7 cō-
fracte. q; talis nauis nō est segura inter lenien-
tis procellas maris. qm̄ vel ppter paruitatem
suam fluctibus opprimit 7 subuertit. aut ppter
fragilitatem ventoz 7 aquarum impetu pfrin-
gitur. aut ppter rimarū 7 foraminū multiplici-
tatem. aquaz subintratiū pondere ad ima de-
mergitur. vel saltem ad portum in tali nauicu-
la tardius peruenit. 7 p̄cipue qm̄ ī tali nauī bo-
ni naucleri 7 gnari p̄ntia non habet. Tūc enim
summū in mari est piculum qm̄ nauis h̄z impe-
ritum gubernatores 7 incircumspectū. His 7
multis alijs incōmodis subiacet mare tam me-
diterraneū q̄ oceanū vt dicit *Isi.* Vocāt au-
tem tam greci q̄ latini mare oceanū. eo q; in
modū circuli ambit orbem. Totam. n. speram
nostri habitabilis circuit oceanus. a celeritate
sic dicitur. eo q; ocius circueat et discurrat. vel
quia purpureo colore nitet oceanus q̄ ceanū
id est celi circulus vt dicit *Isi.* li. xij. hic oceanus
oras terraz amplectit. alternisq; estibus ac-
cedit 7 recedit. respirantibus aut in pfundū ven-
tis: aut remouet maria aut absorbet. Et q̄uis
vnu sit mare q̄sum ad sui continuatores: tamē
ppter multifidos eius sinus de proximis regioni-
bus diuersa vocabula sumpsit. vt mare gallicū
a gallicis. 7 mare britannicū a britānis. sic 7 ga-
diacum mare a gadibus est dictū. vbi p̄mo ab
oceanō maris magni limen aperit. vbi cū her-
cules puenisset: columnas ibi posuit sperās ibi
terre esse finem. Hucusq; *Isido.* li. xij.

De mari magno siue mediterraneo.
Capitulus

Mare magnū siue
mediterraneū ē quod ab occasu ab
oceanō fluit 7 ī meridiē vergit. de-
inde ad septentrionē tēdit. quod inde magnū
appellatur: q; cetera maria in comparatōe illius
sunt minora. Dicitur autē mediterraneū: q̄a p
mediā terrā vsq; ad orientē pfundit: asiam et
africā terminās 7 europā. cuius prime par-
tis sinus qui in hispania pfundit. hybericus et
balearicus appellat. deinde gallicus qui narbo-
nensem puinciā alluit. post ligusticus q̄ iux-
viam ianuā est. primus 7 vicinus. post est tyre-
nus qui Italiā attingit. Inde siculus qui vsq;
ad cretam a sicilia vadit. qui post in pamphiliā
7 egiptum se extendit. deinde versus septentri-

onem magnis amfractibus se retorquet. 7 tan-
dem iuxta greciam 7 illyricū in angustas septē
stadiorum constringit seu coartat. deinde dif-
fusius equore pauci cursus stringitur 7 facit p-
pontidem qui mox in quinquaginta passus co-
artat. Itq; bofforus traciū. qui locus dicit
ppontides eo q; preuenit mare ponticū 7 pce-
dit. Idem dicit bopporus a transitu stricto 7
angustis meatibus boum vt dicit *Isi.* Inde dif-
funditur sinus ponticū amplissimus a tergo ha-
bens meotides paludes. quod mare ex multi-
tudine fluminū 7 aquaz dulciū influentiū dul-
cius est atq; amplius nebulosum atq; p̄t̄ fo-
cas 7 delphios. alias beluas marinas maiores
non patit. Sicut autē terra cum sit vna pro di-
uersis locis varijs vocatur vocabulis. ita p va-
rijs regionibus hoc mare magnū diuersis nomi-
nibus nuncupatur. Hucusq; *Isidorus* li. xij.
Sinus hō maris dicuntur maiores recessus.
vt in mari mediterraneo yonicū ab yō rege gre-
cie sic dicitur. Jones autem dicuntur atbeni-
enses vnde yonicum mare ab yonia vsq; in si-
ciam dilatatur. In oceano hō maximus est
sinus caspeus. indicus. persicus. arabicus. qui
7 mare rubrum dicitur. Rubrum autem mare
est vocatum eo q; sit roseis vndis infectum. nō
tamen talem habet naturam qualem videtur
ostendere: sed ex vicinis litoribus viciat gur-
ges atq; inficitur. quia omnis terra que circū-
litat rubea est 7 sanguineo colorī proxima 7 vi-
cina. Inde enim minium acutissimum excerp-
itur 7 alij colores quibus pictura variatur. v-
de cum terra talem habet naturam ex fluctibus
litus dissoluentibus: maris substantia rubifi-
catur. Ob hoc etiam in his litoribus gemme
rubie inueniuntur. nam huiusmodi lapilli hu-
mo inuoluti cum inter arenulas sint attriti ma-
ris colorem retinent atq; fundi. Hoc mare in
duos sinus diuiditur. vnus est persicus ab ori-
ente: quem parse inhabitant. alius ab occiden-
te arabicus: quem arabes incolunt 7 frequen-
tant vt dicit *Isido.* lib. xij.

De pelago.

Capit. xxiij.

Pelagus ē latitu-
do maris sine litore 7 sine portu vt
dicit *Isi.* summas h̄ns pfunditatem
instabilitatem 7 motus continuitatem multo-
rū vaporū 7 fumositatū generās tēditatē ex q̄-
bus p̄trahit obnubilatōes 7 obscuritates ex ve-
toz varietate recipiēs colorū mutabilitatē 7 ex

collisione vndarū spumarū cōgregās in superficie leuitatē et tumultuositatē emittens et sonoritatem. tumultuosum enim est pelagus et sonorus inquietū et piculosum. sicut de mare superius dictum est.

De gutta.

Cap. xxiiij.

Gutta est minia

maris vel aque siue pluuie particula. a totalitate sua per aliquā violentiam separata. que quidē ut dicit Isid. gutta dicitur quia stat aut pendet de tectis aut arboribus ac si esset glutinosa. Stilla vero dicitur dum cadit. hinc et stillicidium dicitur quasi stilla cadens. Tam stilla vero quā gutta a nube aqua vi caloris siue impetu venti resoluta suo potestate inferiora petit. et dum in cadendo est nomen stille: in stādo autem vel pendēdo obtinet nomen gutte. Stilla autē siue gutta in substantia est humida et clara et dyaphana. forma rotunda. quantitate modica. virtute magna. nam terram super quas cadit humectat et fecundat. radices et semina nutrit et ingrossat. virore in herbis et arboribus et plantis vegetat et conseruat. pisces in mari reficit et recreat. ostrea impinguat ac in eis margaritā generat ut dicit Isid. maxie gutta rosis. et cuius sit in se mollissima: ex frequēti tamē casu penetrat durissima. Juxta illud. Gutta cauat lapidem non vi sed sepe cadēdo.

De spuma.

Cap. xxv.

Spuma est dicta

eo quod spumas ut dicit Isid. ex sordibus enim aque generat. vnde et mustum et ea que coquuntur spuma purgant. Fit autē spuma propter interclusiones veteri interclusi in aque superficie motu aliquo agitate. vnde propter inclusi aeris leuitatē enatando aque superferit. et cito quippe ex vndarū collisione gignit. sed tunc cito dissipat et dissipat. Spuma maris quāque in lapides recolligit. et per feruidam superuenientis caloris solaris actōis quāque in pumicē quāque in spongiā indurat.

De piscibus.

Cap. xxvj.

Pisces a piscādo

sunt dicti ut dicit Isid. li. xj. c. vij. terram et herbas aquaticas lambunt et sic sibi victum querunt. Dicunt et reptilia. eo quod natandi et reptandi specie habeant. in natando enim repunt quous in profundū se demergant. vnde ambrosius in exameron. Magna inquit in piscibus et aquarū vicinitas et cognatio est. ex enim

aquas diu vivere non possunt. nec solo aere spiraculo sine aque attractu diu viuunt. Sunt enim quandā reptandi speciem et naturas. quia dum piscis natat contractione corporis in minores se colligit longitudinem. et iterum se extendens aque innititur. quo nisu repellens aquas in anteriū se propellit. vnde videtur quibusdam pennulis sicut anis in volādo: sed alio modo. quia piscis natans pennulas mouet a parte posteriori in anteriori. et quasi quibusdam brachijs aut remis aquas amplectens et retinens in anteriori se extendit. Anis vero mouet pennas sursum. et collectum aerem per expansam alarum amplitudinem compellit redire per partes posteriores. vnde per violentiam aeris propulsione a parte posteriori mouetur corpus in anteriori. Species autem piscium multipliciter variantur. scilicet quo ad locum ubi generantur. et quo ad escam qua cibantur. et quo ad colorem et formam variam qua abinuicem discernuntur quo ad substantiam qua componuntur. et quo ad virtutem qua diuersimode operantur. Et ut igitur ad situm siue locum ubi procreantur: magna diuersitas est. quidam enim in solis aquis. quidam vero partim in terris partim in aquis conuersantur. et talia piscium genera sunt antiphrasia. id est dubia ab Isidoro dicta. eo quod ambulandi in terris vsus et natandi in aquis officium retinent a natura. ut foce et cocodrilli. castores et ypotami. i. flumiales equi et huiusmodi. et nominibus enim animalium terrestrium pisces nomina sunt sortiti. ut canes marini lupi. eo quod mordeant alios voracitate improba atque ledant. Isidoro in solis aquis viuētes alij sunt in solo mari degentes. alij vero sunt in fluminibus et in stagnis et in alijs aquis dulcibus commorantes. alij vero sunt inter hos medij nunc ad dulces nunc ad salas aquas pastus gratia diuertentes. Pisces vero a mari ad dulces aquas egredientes: in earum dulcedine delectantur et impinguantur et econuerso. et hi nunc in mari nunc in aqua dulci conuersantur. multi autem pisces sunt flumiales: qui maris salitudinem non ferētes gustata aqua salsa subito moriuntur. vnde sursum ventrem eleuant et super aque superficiem natant quod in omnibus piscibus maris et aque dulcis est signum mortis. Pisces vero in mari natantes squamas habent duras et grossas propter aque salis siccitatem. pisces vero flumiales squamas subtiles et spicas molles. spine vero in piscibus necesse fuerunt ad sustentandum carnis eorum propter fluidam mollicie naturalis. Docet autē Anic. eligere bonos

pulces hinc naturam loci ubi nutriuntur: dices sic
 li. ij. ca. vij. In locis inquit in quibus morantur pi-
 sces est electio. quoniam illi qui morantur in locis petro-
 sis sunt meliores vel dulciores et in aquis dul-
 cibus currentibus in quibus non sunt sordes et
 non sunt limose neque lacuales neque campestres
 et qui non sunt de lacubus paruis qui flumina non
 inbibunt et in quibus non sunt fontes. Item ideo
 ibidem. Et pisces quidem marini sunt laudabilio-
 res: qui sunt subtiles et meliores sunt illi qui sunt
 pelagini non alii quam in alto pelago nutriti. et qui
 morantur in aquis discoopertis et flatu ventorum
 supra se meliores sunt illis qui sunt ecotario.
 et illis qui in aquis multarum agitationum et
 vehementis exercitii meliores sunt illis qui ha-
 bitant in aquis stantibus. unde pisces pelagi-
 ni sunt meliores quam flumiales. et ipsi meliores quam
 lacuales: maxime si sunt longe a fluuio et a mari.
 habent enim quietem. nec eorum putredo lanat
 a subintrante fluuio sine mari. unde tales pisces
 male sapiunt et cito putrescunt. meliores etiam
 sunt pisces tatarici quam flumiales in pelago aq-
 lonari et orientali quam in australi. quia ex ventorum
 impetuoso flatu aque plus mouentur et amplius
 depurantur et subtiliantur. et ideo illarum aquarum
 pisces plus mouentur et exercitantur et a suis su-
 perfluis magis emundantur. Item diuersificatur
 piscium species non solum hinc generatiois sue
 locum: verum etiam quantum ad generatiois sue mo-
 dum. Quidam enim generantur per ouationes. et qui-
 dam per coitum et spermatis emissionem. unde di-
 cit aristoteles li. v. Accidit generibus piscium ouatio
 quoniam quoniam femina ouat sequitur masculus oua et lac-
 suum eijcit super oua. et omne quod tangit lac sine
 sperma masculi ex ouis erit piscis. et ideo qui non
 tanguntur ex spermate non pullificabunt. femina au-
 tem est multe ouationis. sed maior pars ouorum trans-
 glutitur a femina. et multa oua damnantur in humi-
 do et non saluantur ex eis nisi que ouantur in locis
 ubi sperma masculi eijcit. quoniam sic autem saluaretur
 nimis multiplicarentur. Seruant autem pisces pari-
 tatem in suo genere sicut aristoteles ibidem dicit. nunquam
 inquit inueniebatur piscis qui faceret coitum cum
 genere alterius piscis. fetus autem suos diligunt
 et nutriunt longo tempore ut dicit aristoteles in eodem.
 omnes pisces nutriunt et custodiunt pullos suos per
 ranas. Item ibidem dicitur quod pisces flumiales et palu-
 stres plus ouant et citius quam alij. quoniam in maiori par-
 te post quatuor menses. alij autem omnes pullificant post
 tri. id est annu. parui enim pisces pullificant in lo-
 cis ubi aqua est iuxta radices arborum et canarum.
 Item ideo ibidem. maria per ouorum damnamur quoniam pi-
 sces ouant vagando. quoniam cum pater non sit masculus

ab ipsius semine oua non informantur. ab animalibus
 etiam et ab alijs piscibus diglutuntur. Item ibidem
 dicitur. quod quidam pisces generantur sine ouis et sine
 coitu ex limo et arena. et ex putrefactioe que est su-
 per aqua. Item ibidem. tempore coitus vagantur mares
 et femine piscium sicut grex et ambulant par cum
 pari. et multi ex eis cum pullificant infirmantur. et pro-
 pter hoc tunc temporis maxime apprehenduntur. Item ibi-
 dem. quidam pisces pariuntur quoniam ad arena fricantur ve-
 tre suum. In libro autem iohannis de animalibus dicitur. quod pi-
 scis effimeron sine coitu nascitur. et cum vixent per
 tres horas diei tunc moritur. Piscis etiam murena
 non a suo simili concipitur: sed a serpente quem sibi-
 lo puocat ad amplexandum ut dicitur Iliod. li. xij.
 ca. vij. Murena inquit greci stairina vocant eo quod
 se complicit in circulos. hanc femine sexus esse
 tradunt et percipit a serpente. ob id a piscatoribus
 sibilo euocat et capit. fuste percussa vix interimit
 ferula vero statim. hanc habet atque in cauda certum
 est. nam capite percussa vix dicitur esse interfici. cau-
 da vero percussa et amputata statim dicitur mori. Ecotario
 de serpente. nam percussio capite vel absciso
 statim dicitur mori. cauda vero in dicitur abscisa diu vi-
 uit. Dicit etiam idem Iohannes. quod serpens deponat vene-
 num antequam coeat cum murena. sed propleto generati-
 onis actu resumit venenum suum. Et ideo murena
 in concipiendo non pertrahit venenum a serpente nec
 generat aliquid serpentinum: sed sibi sile ut dicitur idem.
 Item quidam pisces percipiuntur ex solo rore sine ouis
 et sine spermate sicut ostree et alij quidam pisces
 in conchis degentes. unde dicit Iohannes. pisces inquit
 elich per noctem egrediuntur aqua et in terris ex rore
 matutino concipiunt et pariunt. quorum conche in de-
 cremeto lune semper manent vacue. quod dicitur etiam pisces
 mouentur ad percipiendum et ortum hinc ortu stellarum vel oc-
 casum sicut dicit Iohannes. et etiam Iliod. unde dicitur de pisce
 qui dicitur australis. tunc pisces illius generis oriuntur quoniam
 plades incipiunt tendere ad occasum. nec apparet
 quisquam plades iterum orientem. quoniam autem pisces ge-
 nerentur: nullus tamen mundo piscium habet testiculos.
 licet nec aliquid genus serpentis. nec aliquid genus
 carum pedibus. nec habet mammillas nec lacum preter del-
 phinos: qui habent lacum et lactant fetus suos dum sunt
 parui ut dicit aristoteles li. vij. De quibus dicit Iliod. li.
 xij. ca. vij. delphines qui et symones noiantur: sic vo-
 cantur eo quod voces hominum sequuntur et ad vocem sym-
 phonie gregatim conueniunt et in armonia delectantur.
 quibus in mari nihil est velocius. nam plerumque salien-
 tes nauem transuolant. quoniam saltus et ludus in fluctibus
 futura signat tempestatem. Est etiam delphini genus
 in nilo dorso serrato qui tenera venenum secantes in-
 terimunt cocodrillos Iliod. Item diuersificantur ge-
 nera piscium qui ad cibationis modum. nam quicquid dicitur li.

secundo. Illi qui cibant herbis bonis et radicibus plantarum sunt meliores eis qui comedunt sordes que de ciuitatibus percipiunt ad loca infusionum. In hexameron etiam dicitur. diuersificant etiam pisces in pastu. nam quidam mutuo se deuorant et sua carne vicissim pascunt. minor apud illos esca maioris est. rursus ille maior fit esca alterius pro dator alieni. et cum alium deuorauerit: tandem ab alio deuoratur. ut dicit aristoteles. lib. vi. Carabo inquit vincit pisces magnos et comedit ipsos. multipes autem vincit carabonem et comedit ipsos. Item ibidem. quidam pisces pascunt in sceno et luto sicut carabo. et propter hoc est ponderosus et multum de luto in ipso inueit. pisces vero qui alios predant dentes habent fortiores. sicut de pisce quodam que greci phagion vocant dicit Aristoteles. quia habet duos dentes ut in mari ostris nutritur. unde et dentrix pro granditate et fortitudine dentium appellatur. alij vero pisces ut dicitur in hexameron dentes habent minores: sed plures et densiores ac acutiores. ut cito cibum acceptum incidant et facile sine mora deglutiant. ne cibus in ore diutius detentus aque alluione auferatur. Aliqui etiam pisces cibum suum in arena fodiendo querunt sicut dicit Aristoteles. li. xij. de porco marino qui vulgo suillus dicitur. qui dum escam querit more suis sub aquis fodit terram. circa guttur enim habet officium. et nisi rostrum arenis infigat: passum non colligit. Item aristoteles. lib. viij. pisces pro maiori parte comedunt carnes et comedunt se tunc pullificatis excepto fuscacaleon. et vniuersi autem pisces sunt galosi et avidi ad cibum: et precipue piscis qui dicitur habatur. et propter hoc extendit venter suus cum fuerit ieiunus. et sepe inflat ventrem suum et eijcit a se alios pisces. quoniam venter eius patet ad os et non habet stomachum. Item differunt pisces quo ad tempus et locum pastus. nam quidam in aqua querunt cibum suum: et quidam de nocte super terras sicut ypotam. equus. scilicet fluuialis. sic dicitur eo quod equus in dorso et in iuba sit silis: ut dicitur Aristoteles. quod die in aquis comoratur: in nocte segetes depascit. hunc nilus gignit ut dicitur Aristoteles. Generaliter autem secundum aristoteles. li. viij. pisces plus laborant in die quam in nocte. et plus ante mediam noctem quam post. et ideo ut dicit aristoteles. venant ante ascensum solis. et tunc ponunt venatores retes: quia pisces videt hora illa. et quoniam augmentatur lux non videt. odore tamen querunt cibum nocturno tempore. in odoriferis. non delectantur. et ideo dicitur li. iij. genera piscium odorant et audiunt. et ideo ad vasa noua quibus venant citius accedunt quam ad antiqua. imo nisi fuerit novum de facili ad vasculum non accedunt. sepe enim pro odore decipiunt ut dicitur Job. Est inquit belua in mari que de faucibus suis

respirat aquam cum vapore odorifero. pisces sentientes odorem sequuntur ipsam et intrant fauces eius post odorem. qui ipsos deglutit ab ipsis sic cibatur. Dicit etiam idem quod est piscis nomine faste in cuius ore aqua hausta dulcescit. quam pisces maiores sequentes intrant in os eius quod subito accipit et deglutit. Item dicit idem quod delphini pro odore sentiunt et progunt si homo mortuus in mare unquam comederit de delphino. quod si comederit: comedunt ipsum. si vero non comederit: a moribus aliorum saluat eum. et ad litus pellunt eum cum rostris suis. Idem dicit aristoteles. et plinius. Item aristoteles. li. viij. pisces claras aquas et curretes inhabitantes non cadunt super res fetidas nisi habeant bonum saporis sic nec aues. et in hyeme fugiunt a fundo maris prope terram quaredo calore. et ibi querunt pastum suum. In estate vero e contrario a litore fugiunt. calidum quaredo fugiunt. et venant in hyeme iuxta terram. sed in estate in profundo. nam calor immoderatus ledit pisces. Item dicitur in eodem. Sunt pisces qui apud ascensum camicule moriuntur pro calore. similiter nocet eis magnus frigus maxime hinc lapide in capite. ut canis et himon. nam lapis in capite congelatur et coagulatur et moritur defacili talis piscis. variant etiam piscium species que ad figuram et dispositionem: tamen in quantitate quam in qualitate. Sunt enim anguina que dicitur beluarum genera que corpora moribus sunt equalia ut dicitur. quibus sunt ceti que exceptio iona. cuius alius tamen fuit magnitudinis: ut instar inferni obtinet: dicitur cetera propheta. De ventre inferni exaudiuit me. Sunt et alij pisces ita puuli quod vix hamo capiunt ut dicitur Aristoteles. li. xij. Affor est piscis qui pro exiguitate capi non potest. ut ibidem dicitur. Euchin est piscis parvus viri semipedalis: ab heredo sic dicitur. quoniam n. exigui corporis sit: maxime tamen est virtus. nauez. n. ad heredo retinet. nam nauis cui adheret ligitur ruat veti. seu iat pro pelle: qui radicata stare in mari videtur nec moueri potest. non in retinendo sed tamen modo adheredo. virtus eius est. hinc latini moron appellauerunt: eo quod nauigia stare appellat ut dicitur ibidem. In hexameron etiam dicitur de eodem pisce. quod veterum presentis pro cellas calculum arripit validum et tamen anchoram ne excutiat fluctibus trahit. et non suis se liberat viribus: sed alieno potere manit et pro futura tempestate stabilit. quod videtes nante sibi precauet ne turbo pueniat eos improvisos. sicut dicit ambrosius. et beda. Dicit etiam aristoteles. li. iij. quod feminei pisces sunt longiores masculinis et sunt durioris carnis. et anterius masculi durius est. et sicut superius. In feminis vero interior et posterius durius. Dicit autem auicenna li. ij. quod meliores sunt pisces qui non sunt magni valde neque habent carnem nimis duram et siccam et in quibus non est nimis pinguedo: nec multillago in quibus non est malus sapor vel odor. sicut

autem saporis sunt cōuenientes. nō nimis pin-
gacis. nec habentes supflua pinguedinez neq;
grossam maciem. 7 in quibus non accidit post
exitum de aqua cito fetor. 7 illi qui habent du-
ram carnem falsi meliores efficiunt. 7 in illis q̄
sunt dure carnis: melior est ille qui min⁹ ē mol-
lis. Et quo patet diuersitas ī piscibus quo ad
substantiā 7 qualitātē. **D**is enī piscis sicut dic-
idem generalit̄ frigidus est 7 humidus. quidaz
tamen sunt in compatōne complexionis pisciū
ceteris calidiores: 7 maxie q̄n sunt saliti. Et iō
q̄n sunt valde recentes generāt flegma aquo-
sum 7 mollificāt neruos. 7 nō sunt cōuenientes
nisi vald̄ calido stomacho. **S**aliti hō magi cō-
ueniūt medicine. **C**apita enī salitoꝝ pisciū sa-
nāt morsum canis rabidi 7 puncturā scorpiois
eradicant carnem adulterinam in vlcerib; 7 cō-
ferunt vlceribus putridis 7 saniosis. **S**imiliter
ius omīs piscis confert venenis bibitis 7 pun-
cturis. **M**ultos enī habent alios effectus sicut
ibidez dicit. s̄ hec dicta de eoz qualitate 7 s̄-
stantia nūc sufficiāt. **I**tem differūt pisces ī vi-
uacitate sensus 7 ingenij sagacitate. multi enī
sunt plurimū ingeniosi. aliqui enim mirā astu-
tiam habent euadendi quando sentiūt insidi-
as piscatorū. vt dicit **I**sid. li. xij. **D**ugil inqt
est genus piscis multū agilis. nam vbi disposi-
tas sentit piscatorum insidias: cōfestim retroz
sum tendit. 7 ita cito rethe transilit: vt volasse
ab astantibus videat. **I**tem dicit idem ibidez
de bestauro. eo q̄ bestaurus solus inter pisces
escam ruminare p̄hibetur. hunc dicit plinius
esse ingeniosum. nam dñ sentit se intrasse spor-
tulam piscatoris. non ex fronte erumpit nec in-
festis viminibus caput inserit: sed crebris cau-
de ictibus ex aduerso fores laxare incipit atq;
ita retrozsum redit. quem luctantem si ali⁹ be-
staurus forte viderit exterius vt erumpe sata-
gentem adiunet. candam in ore eius apprehen-
dens prout potest: ipsum liberare 7 extrahere
intendit vel contendit. **A**d hoc dicit idē. **C**ō-
grus quidez plures nexu habet. ingeniosus ē
in solertia escam acquirendi. nam cibum in ha-
mo appetens: sed aculeum timēs. nō morsu sed
suis pinnulis hamū complectit. 7 non pri⁹ ipm
dimittit quin escam circūserit. **C**anceri etiam
ostreis inimicant. earum enim carnib; viuunt
miro ingenio. **R**as q; fortem 7 validā eius te-
stā aperire nō possunt: explorāt q̄n ostrea clau-
stra testaz suaz aperit. 7 tunc cancer q̄ latitat
in insidijs latent lapillum inijcit ne ostreū clau-
dere se possit. 7 ita impedita clausura: carnes
ostree deuorat 7 corrodit. **O**strea autē a testa

sunt dicta: qua interior carnis mollicies munif
Greci enī ostreā testā vocāt. 7 dī tot⁹ ille piscē
cū sua testa ostreū ī neutro. s̄ ostrea in feminio
dicit⁹ eius caro. dicunt⁹ etiā tales pisces cōche
7 cōchilia. q; deficiēte luna tales pisces canāt
id est euacuāt. **L**una cū in augmēto fuerit au-
get humore. diminuit hō humor cū luna fue-
rit in defectu. 7 ideo pisces clausi in cōchis ī lu-
ne incremēto turgescūt: 7 ī defectu euacuātur.
In his autē cōchilib; p̄ciose generāt margari-
te. de quib; dicit plini⁹ 7 alij q̄ de aiāntiū sc̄pse
rūt naturl. q; tpe nocturno litora petūt. ī cele-
sti rore margaritas cōcipiūt. vñ 7 tales p̄chilie
margaritifere 7 herelie s̄ dicte. ī q; carne p̄ci-
osus calcul⁹ solidat. 7 ē nobilissima gēma q̄ sic
ex rore vernal̄ t̄pis generat. q̄ q̄nto albi⁹ 7 lu-
cidior t̄to efficacior estimat. **S**ūt 7 q̄dā p̄chi-
le sine cōche murices dicte ab aspitare 7 acu-
mine. que alio noīe cōchilia dicunt. q̄ circūcise
ferro lacrimas purpurei colorē emittūt. ex q̄b;
purpura colorat. 7 inde ostrū est appellat⁹. q; ex
humore teste elic̄it hec tinctura vt dicit **I**si.
Has 7 multas alias pisciū p̄prietates 7 natu-
ras in li. plinij 7 arist. 7 in **I**si. 7 in hexameron
amb. 7 basily poter̄ inueire. ne tediū inferam⁹
legendib; de hac materia hec sufficiāt. **D**ic̄ eē
plinius vt dicit **I**si. li. xij. q; pisciū sunt in aq̄s ge-
nera. c̄lūij. ex quibus multa quodā nature in-
tellectu ordinē t̄pm suoz cogscūt. q̄dā ī suis lo-
cis sine mutatōe vagāt. q̄dā sine t̄pis ob̄nuati
one viuūt. q̄dā hō p̄mixtōe masculi 7 femie cō-
cipiūt catulos suos. vt cet⁹. **I**dē autē est cet⁹ et
balena. 7 sūt balene immēse magnitudis belue
ab emittendo 7 fundendo aq̄s sic vocate. **O**m-
nib; n. alijs beluis marinis altius iaciūt vndas.
Balena. n. emittere dicit. **C**ete autē dicit⁹ a cor-
p̄is imanitate vt dicit **I**si. li. xij. **D**ī autē ī li. **J**o-
rath. cetus abundat in sp̄mate. 7 post ei⁹ coitū
cū femia q̄ supfluit supnatat aq̄. q̄d collectū
7 desiccātū in ambre substantiaz cōmutat. q̄n
enim multū esurit: vapore odorifex ad modū
odoris ambre ex ore suo emittit: in quo pisces
delectant. 7 p̄pter vaporis redolentiam ipsius
orificiū ingrediunt. 7 sic decepti ab ipso deuo-
rant. **I**n hoc pisce vt dicit idē. materia t̄restis
dnat plus q̄ aque. 7 ideo multe ē corpulētie 7
pinguedinis. vnde in senectute p̄ magnitudie
corporis in eius dorso coadunat puluis 7 con-
densat intantū q; herbe 7 frutices ibi crescunt
ita vt belua insule silis eē videat. ad quā si na-
uigantes incante appropinquerint: sine piculo
vix euadūt. nam aquā in tanta quātitate d ore
eijcit q; ipsam aliquando obruit et submergit.

Tante etiam est pinguedinis q̄ q̄n piscatoruz
p̄cutitur venabilis siue telis vulnus non sentit
nisi prius pinguedo totaliter perforet. sed quā
do caro interior leditur tūc facillime capitur. qz
amaritudinem aque salse non sufferens lit̄ pe-
tit. Tante aut̄ est quātītatis q̄ nō capit̄ tota pa-
tria ex sua captura emēdatur. Catulus suos a-
more miro diligit 7 eos in pelago longo tpe cir-
cūducit. q̄ si eos ab arenarū cumulis impediri
cōtigerit aque multitudinē ī ore collectā super
eos fundit. 7 sic eos a periculo liberans ad p̄fū-
dum pelagi reuocat 7 reducit. cōtra oēs occur-
sus ipsis nociuos p̄ eoz defensione se opponit.
7 semper inter se 7 mare in parte tutiori eos po-
nit. 7 q̄n inualescit̄ tempestas fer̄ suos adhuc
iuuenes 7 teneros ī vētrē suū cōtrahit quos se-
renitate facta viuos euomit iterum 7 emittit vt
dicit̄ idē. Irē iorath cōtra cetū pugnat quidaz
piscis serpentin̄ 7 venenosus sicut cocodrillus
7 fugiūt pisces ad caudam ceti. qui si deuict̄ fu-
erit pisces p̄dicti moriūtur. V̄ si nō poterit ille
piscis pestifer deuincere cetum. a faucibz suis fu-
mosum vaporē fetidissimum in aquam emittit.
Cetus vero fumo odorifero de ore emisso. feti-
dum odorem repellit 7 sic se 7 suos p̄tegit 7 de-
fendit.

Explicit liber. xij. de terra 7 ptibz eius.

Incipit liber. xij. de terra 7 ptibz eius.

Distq̄z diuina

cooperante gratia completus
est tractatus de proprietatibz
corporis sup̄remi liminosi. s. ce-
li 7 corporis intermediij lucidi
perspicui 7 dyaphani. s. ignei aerei 7 aquei. vlti-
mo dicendū est de pprietatibus corporis īfimi
7 opaci. 7 hoc tam in generali q̄ in speciali. Cor-
pus aut̄ infimū 7 extremū est ipsa terra respectu
celi. de cuius pprietatibz cōibus aliq̄ sunt huic
opusculo inferenda 7 hoc quo ad eius substan-
tiā 7 qualitātē 7 contentū siue ornatum. Conti-
net aut̄ in se inter̄ p̄ ornatu oīa metheorica et
mineralia sicut lapides 7 metalla. exterius vero
sensibilia sicut bestias 7 iumenta. et vegetabilia
vt herbas plantulas 7 arbuta. de quibz omni-
bus ponenda sunt aliqua in hoc tractatu. put̄
de eis sacra scriptura videtur in superficie facē
mētione. Simplicia aut̄ 7 omnibz fere nota cre-
dimus hic p̄ simplicibz sufficere debere. 7 ideo
de illis pauca recitantes maiora maioribz 7 sub-
tiliora subtilioribz reseruamus. Hoc autem in
principio huius opusculi volum̄ p̄testari. V̄
parum aut̄ nihil de nostro hic apponimus. s̄ au-
tētica sanctorū 7 etiā aliquoz p̄boz dicta quē

admodū in precedentibus fecimus interscalari-
ter inferemus.

De terra. Capitulū. j.

Terra itaqz vt di-
cit̄ Isid. li. xij. ca. primo. est in media
mundi regione posita. ab omnibus
partibus celi in modū cēri equali interuallo se-
parata que singulari numero totū orbez signat
in plurali vero singulas eius partes. Est aut̄ di-
cta terra vt dicitur ibidē a superiori parte qua
teritur. Hec 7 hum̄ dicit̄ a mari humido cui
coniungitur. Dicitur 7 tellus quia fructus eius
tollimus. Dicitur 7 ops eo q̄ opez fert frugibz
Eadem dicitur arida vel quia arature vel cul-
ture ē apta. vel quia ab aliquo siccitate pp̄ria
est distincta. q̄ enī humida sit hoc ab aque vici-
nitate sortit̄ sicut ibi dicit̄ Isid. Proprietates
autēz terre describit̄ Basilus in exameron sic.
Terra inquit est corpus infimū 7 mediū equali
bus spacijs a celo remotū. 7 iō celi centrū a sapi-
entibus est vocatū vnde 7 omnium corporū ē cor-
pulētissimū de simplicitate 7 subtilitate habēs
minimū alterū mundi firmatuz fundamentum.
Corpus natura frigidum 7 sicū. quantitate re-
spectu celi minimū quāuis in se maximū. quali-
tate obscurū 7 ex se opacū. figuratione spericuz
7 non nisi aque glutino p̄mansuū sedm̄ se totā
quietum. licet in suis partibz suscipiat sepe mo-
tum omnium corporaliū viuentiū habitaculuz
pedum dei scabellum dictū eo q̄ in corpore mū-
di minima est species huius elemēti minusqz ap-
paret̄ i eo diuine operatio potestatis p̄pter qd̄
dicitur suo quasi infimo pede tangere terram.
Quia respectu magnitudinis 7 pulcritudinis
celi minime videtur in corpore terre diuine sapi-
entie sublimitas relucere. q̄uis autem terra re-
spectu celestis corporis sit infima tamen lumi-
narium celestium influentia est maxime suscepti-
ua. Et ideo secundissima est tanq̄ mater omni-
um 7 multarum 7 contrariarum specierum ma-
xime productiua. Cum enim sit celi centrum in
omni sui parte ab ipso recipit influentiam 7 ef-
fectum. vnde quod minus nobilitatis videt̄ ha-
bere in sua substantia recuperat in effectu 7 vir-
tute sua quia nobiliores producit fm̄ quid spe-
cies aliquas q̄ ipsum celum quod pro ornatu
habet solas īsensibiles stellas. Terra vero pro
ornatu cōtinet 7 p̄ducit vegetabiles sensibiles
7 rationales creaturas vt dicit̄ basilus. Dicit̄
etiam ad hec idem. terra vt dicit̄ p̄bus est pro-
p̄rijs equilibrata ponderibus. quolibet enīz sua-
rum partū suo pondere nitit̄ ad mundi mediū